



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Ecclesiis Aedificandis, vel reparandis. Titvlvs XLVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

DE ECCLESIIS AEDIFICANDIS, vel reparandis.

TITVLVS XLVIII.

CAP. I.

Haerenti uisitationi in ecclesia, tenentur contribuere ad ipsius reparandam.

Ex concilio Maguntinen. b.

vicumque ecclesiasticum beneficium habent, omnino adiuuent ad tecta ecclesiae restauranda, vel ipsas ecclesias emendandas.

CAP. II.

Leprosi permitti debent sine praedictio antiquarum parochiarum, habere ecclesiam propriam & presbyterum, nec tenentur solvere decimas de bonis, vel nutrimentis animalium.

Ex concilio Lateran.

Quia dicit apostolus: [1 & infra.] Constitimus, ut quicumque tot simul leprosi sub communi vita fuerint congregati, quod ecclesiam cum coemeterio sibi conderent. & proprio gaudent valeant Presbytero, sine conuentione aliqua permittantur habere. Caveant tamen, ut inuicem ueneribus ecclesiis de iure parochiali nequaquam cedant: quod chim eis pro pietate & conceditur, ut aliorum iniuriam nolimus redundare. Statuimus etiam, ut de bonis & nutrimentis animalium fuorum decimas tribuere non cogantur.

[1. Si aduentum bonorum membrum infirmioribus deserendum, noua quidem qua sua sunt, non qua lesu Christi querente, ipsius qui cum sano habitare non possunt, vel ad ecclesiam cum aduocato, ecclesia & coemeterium non permittunt habere, nec propriam uisitationem sacerdotis, quod quidem procul a Christiana uisitatione distans, de temeritate apostolica.]

CAP. III.

Tempore uisitationis distantiam ecclesia potest noua ecclesia in ipsius parochia adhiberi, & certa portio de antiqua sibi deputari.

Alexander III. Eboracen. Archiepiscopo.

Ad aedificationem d. nostram noueris peruenisse, quod uilla, quae dicitur H. tantum perhibetur ab ecclesia parochiali d. ut e tempore hyemale cum pluuie inundatione non possit parochiani, sine magna difficultate ipsam adire: unde non ualent congruo tempore ecclesiasticis officijs interuenire. Quia igitur dicta ecclesia ita d. reuerentibus abundant, quod praeter illius uille prope uicinas nimirum illius convenienter & ualeat sustentationem habere: mandamus, quatenus si res ita se habet, electionem tibi adifices, & in ea sacerdotem subdito appellatorem oblatulo ad praesentationem rectoris ecclesiae matricis, cum canonico fundatis ad sensu instituas, ad sustentationem suam ejusdem uille obventiones ecclesiasticas perceptorum, providens tamen, ut competens in eo honor pro facultate loci ecclesiae matrici & seruetur: quod quidem fieri posse uidetur, cum ejusdem uille Dominus uiginti adas terrae frugiferae uelit ad usus sacerdotum conferre. Si uero persona matricis ecclesiae uiginti idoneum praesentare distulerit, vel opus illud uiginti impeditur, u nihilominus facias idem opus ad praesentationem deduci, & uirum bonum appellationis cessante officio institueris non omittas.

CAP. IV.

Quorum ecclesiarum possunt compelli, ut de rebus, qui su-

a. De mater. huius tit. uid. Concil. Trident. sess. 7. de reform. ca. 1. & hinc de reform. ca. 7. b. Hoc Decretum habetur in Concil. Maguntin. sub Carolo magno. Burch. 3. Decret. ca. 30. Tit. post. ca. 31. c. Ca. 4. eod. tit. in 1. compil. c. Disto pro, de off. & pot. tit. 2. compit. d. Ca. 2. eod. tit. in 1. compil. e. quid. etc. f. Inuentum. g. al. sta: ecclesia matricis

perant, tenentur conferre ad constructionem, seu reparationem ecclesiae.

Idem Lexonien. a. Episcopo.

De his b, qui parochiales ecclesias habent, diximus respondendum, quod ad reparationem & institutionem ecclesiarum cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, quae sunt ipsius ecclesiae, si eis superint, conferre, ut eorum exemplo ceteri uidentur.

CAP. V.

Secularis ecclesia sine praedictio clericorum ad statum regularem potest reparari: & collegio, quod nouum est, privilegium non conferitur.

Urbanus III.

Audientiam e. nostram peruenit, quod tu in ecclesia, de qua in Episcopum uocatus fuisti, regulares canonicos desideras ordinare: inde siquidem est, quod hoc devotioni tuae auctoritate Apostol. indigemus, si tibi Episcopus diocesanus consenserit in hac parte. Verum si clerici seculares in ea adhuc superesse noscantur, volumus eis, dum uixerint, ibi vel alibi necessaria provideri. Licet autem nobis instantius supplicares, ut ecclesiae praedictae confirmationis privilegium faceremus, tibi non possumus de iure deferre, cum nulli canonici ad huc ibidem existant, quibus privilegium concedatur.

CAP. VI.

Non obstante iuramento de rebus ecclesiae non alienandis, potest Episcopus propter indigentiam nouam ecclesiam adificare.

Celestinus III. e.

Tu nos f. dixit: & infra. Praeterea quia occasione iuramenti, quod de rebus ecclesiae & non alienandis te adferis praestitisse, in locis tui Episcopatus, in quibus populi habitantes oratoris egere uidentur (ne praetextu nouarum ecclesiarum, commissa tibi ecclesia destitueretur) ecclesias formidas erigere. Frat. t. mandamus, quatenus illius iuramenti occasione nullatenus praetermittas, quin populo indigenti super basilicarum institutione studeas salubriter providere.

DE IMMUNITATE ECCLESIARVM, coemeterii, & rerum ad eas pertinentium.

TITVLVS XLIX.

CAP. I.

In domibus ecclesiarum non debet iudex laicus iuricare, nec litigium querere.

Ex synodo Ioannis Pape.

Vt in domibus b. ecclesiarum, neque missus, neque comes, vel iudex publicus, vel minister, quassit pro consuetudine, placitum, vel hospitium vindicent: sed in publicis locis domos constituant, in quibus placitum teneant, & etiam hospitentur.

CAP. II.

Tempore magna necessitatis, non debet aliquis excusari, a munerum, seu ciuitatis custodia. h. d. fundamentis intellectum. Pannor.

Gregorius Archiepiscopo Tricen. i.

Peruenit: & infra. Fratemitas tua nullum per nostrae uel ecclesiae suum nomen, aut alio modo excusari a munerum uigiliis patiat: sed omnes ad hoc generaliter compellanur: Quatenus cunctis uigilantibus melius ualeat ciuitatis custodia procurari.

a. Exam. al. Lexonien. b. Ca. 3. eo. tit. in 1. comp. & post. Con. Later. sub Alexan. III. p. 29. c. 2. c. Ca. 4. eod. tit. in 2. compit. d. Vid. l. nec auus. C. de emanc. lib. 4. in l. ex salto. D. de uulg. & pub. subst. e. Alex. III. in uno aut altero uetusto C. f. Ca. 3. tit. in 2. compit. g. al. ecclesiae tuae, etc. h. Ca. 1. eod. tit. in 1. comp. Vid. Nauarrus in manuali de bonis canonici. c. 3. i. al. Gregorius Agnella Terracenens. Episcopo.